



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 13. A ranis homines ciuitatibus expulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

## §. XIII.

*A ranis homines ciuitatibus expulsi.*

Fuit sanè id tum diuinæ omnipotentie miraculum, in Ægypto: sed etiam extra Ægyptum, absq; miraculo, nonnunquam integræ vastatæ sunt ciuitates, populi que toti per ranarum importunitatem, patrijs

**Apud A-** natuīsque sedibus exterminati. *Heraclitus*  
**thenæum** *Lembus libro vigesimo primo historiarum na-*  
**lib. 8.** *rat, in Peonia & Dardania, tantam vim ranarum è calo delapsam, ut publicas vias, pri-*

*natasque domos implerent: primis autem diebus incolas passim eas occidisse, edibüsque occlusis, aliquandiu patienter eam molestiam pertulisse. Sed cum nihil proficerent, domesticæ sapellex illis tota obtegeretur, ac cum ci-*

*barys elixas assaq; ranas offenderent, aquarum erepta commoditate; & quia coacernatis illis non erat pedem ubi ponerent, mortuum odore ad extremum vexati patriam deseruerunt. Plinius quoque Vartonem lat-*

**Plin. l. 8.** *nat. hist.* *dat auctorem, à quo proditum sit, à ran-*

**c. 29. Paul.** *Oros.* *nis, quandam, in Gallia, pulsam esse ciu-*

**l. 3. c. vlt.** *tatem. Quin & Paulus Orosius memorat,*

*Cassandro, post mortem Alexandri Mag-  
ni, Macedoniam tenente, Abderitas, into-  
leranda ranarum multitudine, patrio solo*

*exacto*

exactos, & antiquis sedibus expulsos; nouas in Macedonia sedes à Cassandro peti-  
sse. Hæc talia indicant, à paruis non par-  
ua sæpe supplicia in homines erumpere,  
si, quod magnitudini deest, multitudine  
compensetur. Tanto etiam manifestius  
potentiaæ suæ maiestatem Deus aperit,  
quanto, per res paruas, maiora legitur  
perpetravisse.

## §. XIV.

*Qualibus muscis Ægypti fuerint exagitati?*

Quamobrem etiam in ipsis sese muscis  
mirabilem declarat. Qui potuisset plus  
quam duodecim legiones Angelorum, cō-  
tra Pharaonem mittere; is ait: *Ecce ego im- Exod. 8.  
mittam in te, & in seruos tuos, & in populum 21.*  
tuum, & in domos tuas omne genus muscarum:  
& implebuntur domus Ægyptiorum muscis  
diversi generis, & uniuersa terra, in qua fue-  
rint. Omne genus muscarum, ait, quarum  
aliæ sunt communes; aliæ virides & fœ-  
tentes, quædam valde crassæ & sonantes;  
aliquæ è mortuis aquis generatæ; nonnul-  
la jumenta maximè inuadunt infestant-  
que; quædam etiam mortuæ virulentæ. Qua S. Hiero-  
de caussa S. Hieronymus existimat LXX. nym. ep.  
interpretes non vertisse κυρομύιαν, id est, 135. ad Su-  
niam &  
*Cani-*